



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Lib. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



FASCICVLVS  
MYRRHÆ,

*sue*

Considerationes Variæ

*super*

CHRISTVM VULNERATVM.

LIBER SECUNDUS.

CONSIDERATIO I.

CHRISTVS VULNERATVS.

*Conuersio. Anima.*

**D**ominus Deus iuuenem alii Thom.  
quam inter populos barbaros commo- Cantipr.  
rantem ab amore carnali & mund. no lib 2 Apū  
conuerteret ad sanctum ac Diuinum, c. 17. p. 24.  
comparuit eide m quasi recenter passus,  
pique recentibus crucifixus, & dixit. Me diligas, qui  
cc 3 sum

Y S I I  
E R E I  
I T  
V



*Sum formosus, bonus, dilectus & generosus.* Hic  
paruit Dominus; mulier plena iubilo & exultatione  
in nem tentationem excussit.

2. Et tu quoque, O anima deuota, super Christum  
nerato has quatuor lege & meditare perfectione  
*SVS*, ecce Saluatorem & bonum: *NAZARETH*  
ecce floridum & formosum: *REX*, ecce generosum  
*IUDAEORVM*, ecce dulcem etiam inter aeternam  
perfidiam Iudaicam.

3. Allabora, ut haec visio totalem in corde  
ciat mutationem: considera, Christum crucifixum  
spectu pulcherrimum inter filios hominum: bene  
inquirenti, & spem suam in eo reponenti: dulcem  
cui omnia Mundana videntur amata: generosum  
eo, qui erga ipsum se demonstrat liberalem. O  
tissime Agne, omnipotenti tuo Sanguine in  
inscribe cordi meo, & duro huic adamanti in  
nera haec verba: *Formosus sum, bonus, dulcis & generosus*  
*us*: ut turpis & sordida mihi appareat quae  
chritudo & formositas; mala, quaeuis alia  
amara quaeuis alia dulcedo: & vilis, quaeuis  
gloria.

## CONSIDERATIO II.

*Jesus  
Dom. Sal-  
uator.  
Domini  
Salus.*

## JESUS VULNERATUS

*Pellicanus Amoris.*

*Psal. 121.* **A**ssumit Christus per os Prophetae David  
& similitudinem Pellicani: *Similius factus  
licano solitudinis.* Quemadmodum haec volu-  
prio rostro sibi pectus adaperit, ut suo sanguine  
cet, & resuscitet pullos mortuos: ita Christus  
uit quinque in suo corpore canales, ut Sanguis  
profluente nos, qui peccato mortui eramus, vi-  
ret. Amantissime Pellicane, ferite, ut nos sal-  
spe mortem, ut nos vita dones.

1. Pellicanus pullos suos non tantum suo sanguine  
 reuocat; sed etiam rostro suo exanimat & inter-  
 mit. Idem, secundum D. Augustinum, nobiscum facit  
 Christus. *Ego occidam, & ego uiuificabo.* Occidit peccato,  
 uiuificat ad gratiam. *Occidit Paulum persecutorem, & ex-  
 erantit predicatorem.* Hac est uera uulnerum Christi  
 Operatio: *occidere & uiuificare.* Christus uulneratus  
 occidit id, quod pertinet ad sensus & peccata; & a uera  
 uiuificat, quae spectant ad spiritum & Gratiam.

2. Et secundum eundem S. Doctorem, Pellicanus so-  
 litudinem Christi, quia in solitudine natus, quia solus sic  
 natus, scilicet de Virgine. In solitudine passus, quia so-  
 lus passus. Hac solitudo dependet ab alia solitudine,  
 quae est Amoris: seposito enim quouis alio proprio  
 amolimento nostram spectauit salutem. Sic itaque  
 Christus est tibi uerus solitudinis Pellicanus, imitare eius  
 studium, & te illi ostende pellicanum, tuo sanguine  
 delendo, quidquid illum offendit, & promouendo  
 eius gloriam. Sis quoque uerus erga proximum pel-  
 licanus, eximendo eum à statu peccati, & uiuificando in  
 statu Gratiae & Gloriam.

## CONSIDERATIO III.

SALVATOR VULNE-  
RATVS.*Fons aeterna Gloria.*

Vita & gloria aeterna in tribus consistit: *Sci-  
 bus: Visione, Fruitione & Tentione.* Visionem *Stim. p. 1. 4.*  
 consequimur merito uulneris Lateris. *Per apertionem 11 fol. 32.*  
*Luna meruit Sanctus uisionem apertam,* ait S. Bona-  
 uentura. A uulneribus sanctissimarum Manuum pro-  
 uenit fruitio: *Delectationes in dextera tua usque in fi-* Psal. 15.  
*nem.*

*nom.* Vulnere denique Pedum merentur aeternam rationem & permanentiam in Visione & fruitione

*Cant. 3.* Tenu eum, nec dimittam.

2. Ab iisdem pendet gloria corporis. Luceant enim corpora nostra efficiet lucidissima in Mundo non Mundi, sed Paradisi. Tuac in se fulgebunt in Regno Patris eorum; sed clariores & lucidiores dore Solis, subtiliores eius radiis, agiliores & impassibiliores illius substantiâ. Ac prout vulnerum illustrabit corpora nostra claritate, agilitate, & impassibilitatis virtute.

*Matth. 13.* 3. Ab iisdem quoque dependent Aureorum, Virginitatis, & Doctorum. Vulnere uatoris sunt exemplaria fortitudinis, fontes puritatis, Scholæ & ora Sapientiæ.

## CONSIDERATIO IV.

## JESUS VULNERATUS

*Amor triumphans.*

1. Ecce Amorem cœlestem, qui non nisi in Cœscere potest, propriâ etiam pelle nudum subleuatum alis desiderii ferendi etiam quâ distos, rubicundo Sanguinis velo condecoratum pharetrâ sagittis amoriferis gravatâ.

*Aug. in Ps. 119.* minus sagittare ad Amorem, Sagittis, inquam, dolorosam mortem, sed vitalem conferunt.

*Rich. de S. Vict. de 4. grad. Char.* Quatuor sunt gradus perfecti Amoris: vulnerare, asserre languorem, & defectum inducere. Anima sauciatur in affectione (vulnerata est).

Secundò, ligatur in cogitatione, dum re amata cogitare potest, & trahitur in operatione, quia ad contenta Creatorem, occupare se nequit circa Christum.

*Psal. 118.* Quartò, deficit per desiderium dissoluitur. & sic Christo. Deficit in salutare tuum anima mea.

Atque hi omnes sunt effectus sagittarum, quæ

hinc Amor eiacularur : feriunt , ligant seu configunt,  
 occidunt. Primò feriunt , & feriendo dant  
 plagem , & sanant ; vnde ait D. Augustinus : *Vulnerentur* *S. Aug. in*  
*male sani, ut sanentur bene vulnerati.* Secundò ligant, *Psal. 143.*  
 amò conclaudent : *Christo confixus sum Cruci.* Tertiò  
 eneruant & animam reddunt languidam ad res terre-  
 nas : *Diuturno nemo mihi molestus sit,* inquit D. Paulus, *Gal. 6.*  
 tractando negotia terrena : *quia stigmata Domini Iesu in*  
*corpore meo porto.* Quattò, mortificant hominem ve-  
 terem, & novum vivificat. Id in se expertus fuit Apo-  
 stolus, quando cecidit Saulus, ut esset Paulus. *Aug. in Ps.*  
 144.  
 2. Necessè est, cor nostrum sic receptaculum Amo-  
 ris, aut Mundi, aut Carnis, aut Dæmonis, aut Dei.  
 Mundi, Caro, Dæmon feriunt, & lethalem inferunt  
 plagam æternæ mortis! Amor Divinus ferit, & vitali  
 conficit plagâ æternæ vitæ. Da igitur te semel Amori  
 Divino. Ecce, *tenentis arcum suum.* Tu iam pone  
 cor tuum, quasi signum ad sagittam, ut ille mittat filias  
 phœnices, sagittas in fornacem charitatis temperatas,  
 & ad quodvis cor rebelle & obstinatum expugnandum  
 acutas : *Sagitta tua acuta, populi sub te cadent in corda* *Psal. 44.*  
*summorum Regis.* Acute adiungit Græcus potentissi-  
 ma. Sagittæ vulnerum tuorum potentissimæ Amoris  
 virtute penetrabunt corda, & omnes gentes vobis subii-  
 cientur, & coram vobis humiliabuntur,  
 3. Dixit Jonathas ad David : *Si dixerò, sagitta intra* *2. Reg. 2.*  
*tesunt,* erit bonum signum : *pax tibi est, & nihil est*  
*malum;* ac si dixerò : *sagitta ultra te sunt,* erit malum si-  
 gnum, non habebis pacem cum Saule. Si sagittæ vul-  
 nerum Christi intra te sunt, fixæ & firmiter radicatæ in  
 corde tuo; bonum signum, *pax tibi est,* & pax Dei te-  
 cum est; ac si ultra te sunt, & extra te; malum signum  
 est, pax Domini non erit tecum. O vulnera charissi-  
 ma, ferite; ligate, eneruate, occidite. Vultus, quod  
 infert dolorem, accersit cogitatum, & causat languo-  
 rem, vis autem continui doloris debilitat & mortem de-  
 siderat. Et hæc sunt signa, quibus dignoscet, an in te  
 operentur vulnera Christi. Beata illa anima, quæ se  
 tradidit, & ut victam se tradit Christo Crucifixo! Bea-  
 tum cor illud, de quo victrices Plagæ Christi canunt vi-  
 giliarum;  
 ce s                      CON

YSII  
 ERFI  
 W



## CONSIDERATIO V.

## VERBUM VULNERATVM.

*Liber scriptus.*

1. **C**onsidera Christum crucifixum, cęp hęc  
 beis vulaerum characteribus scriptum, ut  
*Ezech. 2.* leguntur *lamentationes, & carmen, & va:* *lamenta*  
*tionos,* propter contritionem peccatorum tuorum  
*men,* propter spem pręmii: *Va,* propter timorem  
*Leit.* 2. Et est hic *liber scriptus intus & foris;* intus  
 Amoris; foris vulnere furoris. *Vulneratur*  
*ris, qui prius vulneratus fuit lancea amoris.*
- 3 *Revn. 10.* 3. In hoc libro, anima mea, continue studebit  
 2. *de Pass. c.* ges sanctissimos characteres tantę cum aviditate  
 2. gendi doctrinam huius libri, vt dici possis eius  
*Ezech. 12.* Tunc, fiet in ore tuo tanquęm mel dulce: tunc  
 complebuntur volumine isto: tunc loqueris ad  
 doctrinam huius libri; *Lamentationes* ad peccatores  
*Carmen* ad Justos; *Va* ad rebelles & obstinatos.

## CONSIDERATIO VI.

## CHRISTVS VULNERATVS.

*Speculum admirabile.*

1. **I**ncomparabile fuit beneficium inuolę bene  
 Dei altissimi, quod animę nostrę, cęp Dico  
 lo, impresserit suam imaginem, quando dixit  
 mus *hominem ad imaginem & similitudinem*  
 (anima hominis sic pariter trina & vna) altissimi

excellens fuit, quod eandem per peccatum factam de-  
formem refo. mauerit.

2. Modum hanc reformandi exhibet repræsentando  
vulnerato admirabili illo speculo sine macula, Saluato-  
ris inquam, in quo, dum a prima specolatur suam defor-  
mitatem & turpitudinem, acquirit Diuinam pulchritu-  
dinem; non enim præterire potest, quin odio prosequa-  
tur mala sua, & amet Charitatem, quæ ea in se suscepit.  
Sanctus Latro fuit, quod illa in Corpore Christi vul-  
nera, non essent Christi vulnera, sed Latronis: Et ideo il-  
lum amore cupit, postquam in Corpore eius sua vulnera  
reperit.

Sap. 7.

S. Ambros. serm. 44.

Hoc fuit absconditum illud mysterium Diuinæ Sa-  
pientie inquit Apostolus. Voluit Deus conformes nos  
Imagini Filii sui Reformauit imaginem Dei, fa-  
ciendo nos similes imagini Christi Crucifixi. Et quo  
magis nos conformabimus Christo vulnerato in hac vi-  
ta, eo magis reformari, & transformati in Deum  
in aeterna vita. Uadè bene Apostolus: Nos omnes reuelatâ  
facie gloriæ Domini speculantes, in eandem imaginem  
transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à  
Domini Spiritu. Si tamen compatimur, ut & conglori-  
ficemur. O Speculum stupendum & admirabile, quod  
visum & inspectum non transformatur, sed transformat  
& reformat. Audi Deuotum Bernardum ad hanc trans-  
formationem aspirantem: Nolo, Domine, viuere sine  
vulnere, quum te video vulneratum. Non sufficit mi-  
hi, Domine, quod te vulneratum conspiciam propter  
amorem meum; volo, ut tu quoque me videas vulneratum  
propter amorem tuum. Non possum tui esse specta-  
tor, quin etiam sim imitator.

Rom. 8.

1. Cor. 3.

Rom. 9.

Y S I I  
E R E I  
I  
V



CONSIDERATIO VII.

JESUS VULNERATUS.

*Aquila volans.*

Rebat, opinione Ambrosii, Christus in Cruce in S. Ambr. ad  
pauca volantis, intiar auis, in qua, quæ expandendo alas, vo-  
Virg. lib. 3.  
latum

larum pertentat: quia, duarum instat alarum  
habebat extensas, & fixas in Cruce. Contemp

*Deut. 30.* in Cruce, ubi veluti *Aquila grandis* magnan  
rum, prouocat ad volandum pullos suos; et  
suas assumit eos, & portat in humeris suis.

*Isa. 60.* Tales fuere sancti Apostoli: volabant, et

*Luc. 10.* Christo confixi erant cruci! ut agni inter lupos.

Monica sancti Augustini Mater, post memoriam  
norum Vulnerum in Communione celebratum

*Gerfon 2. p.* ecclasiis, & vi sancti Amotis quasi alata facta,  
*serm. 55.* exclamabat: *Volemus in caelum fratres, volemus*  
*lum.*

3. Exemplo Christi disce Amori addere al  
dere manus & eas Cruci affigere; disce volare,  
pati: & si corpus geritur, volitet in nobis al  
Dulces catenæ, quæ ligant corpus, & spiritum  
auolare concedunt! Caro subiacet penis; al  
amore confortata volat in gaudium Domini.

*S. Ambros.*  
*loc. cit.*

anima sancta, partus generosus illius Diuina  
erigamus nos semel è terra, aquilinum tenent  
rum, volemus inter nubes, à luto nos abstrah  
lemus in caelum.

#### CONSIDERATIO VIII.

### CHRISTVS VULNERATVS

#### *Desiderium Animæ.*

1. **N**Vquàm ceruus sitibundus desiderat  
aquarum, ut æquum & iustum est acim  
aspirare & anhelare ad fontes dulcissimos  
*Isa. 26.* Christi. *Domine, memoriale tuum in desiderio*  
Omne desiderium animæ consistit in memoria  
rum vulnerum. Dicuntur *memoriale*, quia  
ea in suo benedicto corpore idè conseruat, ut  
am nostri gerat memoriam.

2. Non sic concupisces intueri Christum con

tan gloriâ in throno Maieftatis fuz, vt in throno igno-  
 minæ & Crucis vulneratum, & dices cum Propheta: *Ifa. c. 53.*  
*Desiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum,*  
*virum dolorum. Nouiſſimus virorum, hoc eſt, abiectiſ-*  
*ſimus & viliffimus, alii legunt, Ceſſatio virorum: nam*  
*eius commercium & conuerſationem fugiebant. Qui*  
*viſitauit me foris, fugerunt à me. Et deſtitio virorum: Pſal. 30,*  
*qua erat vltimum quod ſic, in quo potelt homo vilis ex Hebr.*  
*ſeq, & ſi vltterius progredederetur, deſineret eſſe homo.*  
*Virum dolorum, aut vt alii legunt, Homo in plaga exi-*  
*ſſer: Multitudo namque aliorum vûnerum, quæ Cor-*  
*pus Chriſti opeiebant vnum credebatur vulnus.*

3. Iuſti animam decet ſolo vulcerum Chriſti deſide-  
 rio teneti. Illic enim vnicum & ſolum inuenit reme-  
 dium ſuarum ætumnarum, in illis ſola gloriæ ſpes. *Du-*  
*placentalo (aſſerebat S. Bernardus) Chriſto debetur Glo-*  
*ria ex titulo hæreditario, & titulo meritorio, idque me-*  
*rito plagarum: altero contentus, alterum nobis donauit.*

## CONSIDERATIO IX.

VERBUM VULNE-  
RATVM.*Liber Vita.*

1. Verbitæ, in quem prædeſtinati ad gloriã inſcri-  
 ptus eſt Chriſtus crucifixus: & quiſquis in hoc  
 libro repertus non fuerit, non introibit in Regnum bea-  
 titudin. *Non intrabis in eam aliquid coinquinarum, aut Apoc. 21.*  
*conuentionem faciens & mendacium, niſi qui ſcripti*  
*ſunt in libro vitæ Agni. Hic liber fuit impreſſus in mon-*  
*te Cauaria ſub prælo Crucis, typis ſeu tormentis ſcele-*  
*rorum Judæorum, cum licentia & permiſſu Superio-*  
*rum. Errata corrige, ſubſtituendo tuos pedes, tuas*  
*manus, & amorem tuum in locum pedum, manuum &*  
*amorem Chriſti, vniço verbo: corrige te imitando Chri-*  
*ſtam.*

2. In-

2. Inscrībuntur in hunc librum illi, quod  
 uider obtenturos infallibiliter gloriam, propter  
 meritum & participationem meritorum uerum  
 sti. Et quamuis character huius libri sit delecto  
 1. p. q. 24. *dum presentem iustitiam*: etenim gratia, quae  
 quisi est, perdi potest; nihilominus confor  
 cundum Dei praesentiam est indelebilis: Cog  
 que, quae praesidet Deus, quod homo ille fallibilis  
 fallibilis est, & non potest non adimpleri.

Hexa. c. 4. 3. Praeter librum vitae, iudicio D. Basilii  
 Ierem. 17. datur liber mortis pro iis; qui nomina sua recu  
 munt; *Recedentes à te in terra scribentur*. Quae  
 si cognoscere cupis, utri librorum horum confor  
 illatum sit, inspice, ubi cor tuum demoretur; sic  
 rione & affectu Christi vulnera inhabitat, iam tu  
 men exaratum est in libro vitae; at si terram su  
 bro mortis.

## CONSIDERATIO X.

CHRISTVS VULNE  
 RATVS.*Fundamentum meritorum.*

**E**Xpende valorem Gratiae. Cunctae vitae  
 ærumnae, labores omnes absque Gratia nihil  
 tur, nihil adiumenti afferunt ad vitam aeternam.  
 1. Cor. II. *sunt condigne passionibus huius temporis ad futuram*  
 Rom. 7. *am, qua reuelabitur in nobis. Et adiugit d. Bern.*  
*Non sunt condigne ad presentem culpam, qua iustitiam*  
*ad presentem consolationem Gratiae, qua immittitur*  
*futuram Gloriam, qua promittitur. Ex opposito quae*  
 2. Cor. 4. *momentaneum hoc est leue tribulationis nostrae*  
*Gloria pondus operatur in nobis.*

2. Hanc gratiam nobis per vulnera sua Christus  
 Apoc. 5. meruit. *Dignus es, Domine, aperire librum, &*

signacula eius, quoniam occisus es. Vulnera & mors fuerunt, ut dignus esses, qui aperires librum gratiae, & solueres vincula, quibus tenebatur: quia vulneratus & occisus es. Duobus modis à vulneribus Christi meritum capiunt opera nostra. Primum merendo & applicando nobis gratiam. Secundò, communicando nobis immediate sua merita infinita. Quibus si nostra uniantur, non solum merentur de iustitia, sed de omni iustitia. Et Pater aeternus, cum nobis primum peccat, non solum respicit nostra merita, sed etiam merita Filii, & hæc ut illis unita. Amor quoque Dei Patris in nos tendit, non ut filios adoptiuos duntaxat, sed etiam ut fratres Christi Filii sui naturalis, cum quo, ut membrum cum Capite, idem corpus conficimus. Gratia igitur vobis, o sanctissima vulnera, siquidem per vos, vobiscum, & in vobis sunt omnes meæ diuitiæ, omnia mea gratiæ & gloriæ merita. Dicam<sup>9</sup> insuper cum Apostolo: *Rom. 11. Ex ipso, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula.* Omnia gratiæ bona sunt in Christo tripliciter. Primum, ex ipso per vulnera, quæ nobis gratiâ merentur. Secundò, per ipsum, per gratiâ, quam nobis meruit. Tertio, in ipso, per eius merita communicata & unita nostris. *Ipsi gloria in secula:* in omnibus enim soli Christo laus gloria & honor dæbetur.

Procuranda igitur sunt tibi merita propria. Omnis tua fiducia locanda est in meritis vulnerum Christi. *Mea vulnera tua, Domine. Tua in tua mea sunt, in illis spero, in illis confido, in illis ego (ex me aliâs pauperimos) diuissimus sum. Quisquid ex me mihi deest, accedat. Augustinus, in iusto mihi ex Visceribus Domini mei: quoniam misericordiâ affluam, nec desunt foramina, per quæ effluant. Proposita redemptio data est nobis in Vulneribus Iesu Christi saluatoris nostri, magna multitudo dulcedini: plenitudo gratiæ, & perfectio virtutum.*

MS. I  
B. R. I  
I  
V



## CONSIDERATIO XI.

VERBUM VULNERUM  
RATVM.*Memoriale siue Chirographum  
Amoris.*

1. **E**Xpende magnitudinem Amoris Christi, cui assidue memimisset, descripsit te in suis, non alio atramento quam Sanguine suo, *Hebr. 9.* sanguinem hircorum, sed per proprium Sanguinem alio calamo, nisi clavis; non aliis characteribus; & non alibi, nisi in charta propriae carnis; non in pelle pecorina, sed in pelle & Carne cunctati Agni descripti sumus. Ita per os Prophetæ prædixerat: *Isa. 49.* In manibus meis descripsi te, vulnerum meorum characteribus in memoriale tuum & sempiternum.

2. In hac scriptura spem salutis suæ locabat. *Soliloq. c. 2.* Unde hunc in modum Dominam obsecras. *Vulnera manuum tuarum, precor, ut aspicias, manibus tuis, Domine Deus, descripsisti me: scripturam, & salva me.* Lege, Domine, scriptum est in Diuina hac pergamena charta tuae Carnis, inspicere solum, & hoc sufficit, primo & subito summam conficies, quanto pretio quantoque pretio animas nostras redemeris, permittite, Domine, ut res sic à te appretiatam, o Salus Mundi, animam meam.

3. Si Christus animam tuam in corde suo, & in manibus sculpsit, æquissimum est, ut & tu in corde prostra geras sacra vulnera per amorem, & in corpore condolentiam & sufferentiam dolorum.

## CONSIDERATIO XII.

## I. IESUS VULNERATUS.

*Turris Fortitudinis.*

1. Dico sunt communia aduersus tentationes omnes  
 Media & remedia: eaque, vt notat S. Thomas, *psalm. 60.*  
 sunt: *Oratio & Exerctium.* Primò est *Oratio*: quia, vt  
 docet Theologi, graues tentationes superari & euinci  
 nequeunt absque Gratia Dei, & Gratia Dei non obtine-  
 tur absque oratione: ergò absque oratione neutiquàm  
 superantur tentationes. Hac de causa Adamus dicitur  
 suæ victus tentatione: quia ad Deum non confugit  
 orationis instructus armis: Secundum medium neces-  
 sarium est *exercitium*, quo eliciendi sunt actus tentatio-  
 ni oppositi, veluti humilitatis contra superbiam, spei  
 aduersus differentiam &c. Utrumque medium com-  
 pletus est Christus documento illo, quod dedit Aposto-  
 lus: *Vigilate & orate: ne intretis in tentationem. Vi-  
 gilate exercitio actuum, virtutis vitio opposita, &  
 orate.*

2. Hæc oratio, iuxta D. Augustinum, consistit in  
 rememoracione vulnerum Christi: *Cum tentaris, fu-  
 gi, & intra turrim*, hoc est, Christum crucifixum, per *S. Aug. in  
 vulnera, ceu portas. Ipse est turris fortitudinis à facie  
 psalm. 60.*  
 inimici. Ibi non modò non raugemur à sagittis, nec  
 laedemur à iaculis; sed creabimur in sagittarios & iacu-  
 latores à Vulneribus, ceu iaculis inimicos nostros feri-  
 entibus. *Quò cum fugero, non solum vitabo tela inimi-  
 ci, sed etiam in illum tela iaculabor. Hoc facere, est  
 loc. cit.  
 1 Cor. 10.*  
 cum à postolo *facere cum tentatione prouentum*, aut, vt  
 in Græco legitur, *progressum*. Enimuerd non duntaxat  
 non defendimus, sed etiam vincimus, & de inimico re-  
 portamus spolia: sic quoque non solum non perdimus,  
 non patimur detrimentum; sed etiam lucratur facie-  
 endo progressum in Gratia & virtutibus per actum vir-  
 tutum tentationibus superandis oppositos. *Christo  
 ff igitur*

1. Petr. 4. igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione  
mimini.

Cant. 4. 3. Turris David adificata cum propugnaculis  
Philo Corp. clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

rim David intelligitur Christus. Et quia in  
stirpe Dauid eo fuit eminentior, quis fortior

tudo vndequaque assecurata, cunctis armis  
fensuis, quam offensuis, optimè munita,

tum pro se, sed etiam pro nobis. Tentatis  
Respice Mundi Regem pelle spoliatum.

stimulis mentem tuam concitari & elevari  
Contemplare Maiestatem illam humiliatum

trum vsque ignominiatum. Impuris affligentibus  
tionibus? obtutum tuum fige in sanctissima

ra, in purissimis illis visceribus te contemplare  
culare. Omnis, omnis armatura. Turris

nis in Ecclesia militante, vt de quiete certior  
mur in triumphante. Quia factus es, spes mea,

Psal. 60. titudinis à facie inimici: inhabitabo in tabernaculo  
sacula.

### CONSIDERATIO XIII.

## CHRISTVS VULNERATUS.

### Exemplar Virtutum.

1. Fidei, Spei, & Charitatis exemplum est in  
& in Vulneribus Christi. Est fundamentum  
S. Bonav. 1. p. docet S. Bonaventura) fidei, erectio spei, in  
Stim. Cant Charitatis. Est fundamentum fidei, quia in  
3.

stus se demonstrat verum Deum, & verum hominem  
dolorosis verum hominem; vt gloriosus verum

Est & excitamentum spei ob pretium Sanguinis  
nq; incendium amoris propter summum dolorem

2. Eadē Passio est exemplar quatuor virtutum  
Prudentiæ, Temperantiæ, Fortitudinis, &

Præsentia, dum ascendit in arborem Crucis, ut ligno vi-  
sceretur lignum mortis. Temperantiæ non refigen-  
dum, sed clavis affixa tolerando. Justitiæ, satisfac-  
tando pro libertate manuum Adami suâ conclauatio-  
ne. Fortitudinis, inceptum opus Redemptionis non  
interumpendo, non deserendo Crucem usque ad  
mortem.

In iisdem sanctissimis vulneribus deprehenduntur,  
et quidem in gradu excellentissimo, virtutes humilita-  
tis, obedientiæ, patientiæ. Quæ maior humilitas,  
quam pendere ceu principem in medio latronum?  
Quæ maior obedientia, quam pro obedientia mori?  
Quæ maior patientia, quam bonum pro malo redde-  
re, & orare pro iis, qui eum de facto in Crucem age-  
bant, & sabannabant.

CONSIDERATIO XIV.

JESUS NAZARENUS  
VULNERATUS.

*Myrrha & Aromata.*

Inclusa anima in Christi Vulneribus cum Sponsa di- *Cant. 5.*  
cere potest: *Messui myrrham meam cum aromati-*  
*bus meis. Id est, myrrham Passionis cum aromatibus*  
*gaudiorum. Tristatur ob Christi mortem; attamen*  
*tristitiam & dolorem concludit gaudio Resurrectionis.*  
*O beatæ vulnera, myrrhea & aromatica vulnera! quo-*  
*modo commutatis amarorem in dulcorem? quomodo*  
*à magnitudine consolationis & gaudii dolor omnis op-*  
*ponitur & extinguitur?*

Dicamus cum Propheta: *Ego autem in Domino Habeb.* 3.  
*gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo, vel, ut alii Septuag.*  
*legunt, Saluatore meo, salute meâ, factore redem-* *Pagn.*  
*ptionis meæ. Exultabo in Deo, in quantum est meus* *Vatab. &*  
*Iesu, Saluator. Quasi dicat; quamvis hoc nomen sa-* *alii, Chald.*  
*luit, quodque in effectu sit Iesus, Saluator, multis*

ff 2

com

comparuerit plagis & tormentis etiam post  
imò vix natus; nihilominus dum conuulsi-  
deratione dolorum & vulnerum Saluatoris  
leo, in quantum fuit dolorosus, exulto etiam  
S. Ambr. tum est gloriosus. *Exultatio nostra* (inquit  
serm. 80. *fius) est extra saltatio: quod significat impu-*  
*nam letitiam, que intus non clauditur, sed for-*

2. Reg. 6. veluti legitur de David, *qui saltabat coram*  
*saltationem à nobis requirit Dominus; non cor-*  
*cundum corporis volubilitatem; sed spiritua-*  
*dum fidei sanctitatem.* Et quemadmodum  
corpore non subsistit in eodem loco, sed  
*collustrat*, seque librat rursùm, deorsùm, aut  
dextrorsùm; ita hunc affectum iubili exulta-  
pudii nos, qui in Vulnera Christi iutro-  
excipere decet, saltando de vulnere in Vuln-  
erigendo nos in altum, oculos contemplan-  
gendo in Paradisum lanceà seu clauè referen-  
desiliendo in abyssum Inferni clauis obferat  
profiliendo, quasi triumphando de inimicis  
potestate tenebrarum virtute Sanguinis de-  
denique cum Bonauentura: *Omnia per ipsum*

S. Bona. *vidiam suo sanguine cruentata.* Gaudeat  
umphet terra: quia virtus & Gloria Christi  
gnat, vbique triumphat, *in aeternum, & vni-*

3. Hic affectus exultationis est donum Spiritus  
& à Deo postulandus: quia iuuat ad dilata-  
amplexandam maiori amplitudine & affectu  
nem Vulnerum Christi. Dices cum Sponfa:

Cant. 6. *lo, & veni Auster, perfla herum meum, & flua-*  
*ra illius.* Fugiat, & abscedat spiritus malignus

Diuinus, vilitet cœlestibus inspirationibus  
animæ meæ, & fluat aromata Divi-  
narum consolationum.



## CONSIDERATIO XV.

CHRISTVS VULNE-  
RATVS.*Scopus Christianorum.*

Um aliquando S. Lidvina tota sacrae meditationi *Surius 14.*  
 Passionis & sanctissimorum vulnerum Redemptoris *April.*  
 immersa esset, vidit introeuntem in suum conclave  
 magnam Angelorum cateruam ritu supplicum proce-  
 dentium ordinatam, manibusque Passionis instrumen-  
 ta ferentem. Ponè sequebatur sanctissima Mater cir-  
 cumdata Sanctorum choro; nouissimum agmen clau-  
 debat Christus, totus cruentus & saucius: *Totus rubi-*  
*cus, & sanguinolentus, coronatus spinea coronâ, &*  
*obtusis afflicto, quo solent mori.* Ad aspectum tam id-  
 uis decem obtupuit Virgo Seraphica, interque lætitiæ,  
 tristitiæque vicissitudines, & insolita mentis lumina & amo-  
 rum flammæ, accepit à Domino cicatricum signa. *Quin-*  
*que vulnerum suorum signa luculenter impressis, impres-*  
*saque reliquit Dominus.* Ortum ex tanto prodigio  
 concorsium & applausum verens castissima Virgo petiit,  
 & impetrauit à Domino, vt tantus Thesaurus ab huma-  
 nis oculis submoueretur. Mira res, confestim cutis te-  
 xit vulnera illa; sed dolor atque liuor perpetuò reman-  
 sit, liuidam, nempe, signum.

Ex hoc considera, quod fœcis, scopus & perfectio ho-  
 minis Christiani est, omnimodè transmutari & trans-  
 formari in Christum Crucifixum. Quapropter maxi-  
 ma gratiarum in hac vita, quæ etiam præfata S. Virgini  
 communicata fuit, est, iisdem cum Christo clavis fixum  
 in Cruce pendere.

2. Quod si te Dominus aliquâ tribulatione visitaue-  
 rit, *coningere Domino, & sustine:* & hanc maximam in  
 gratis numera, quod sis dignus, qui Deo assimilari pos-  
 sis, cum in vulneribus & Cruce imitando.

ff 3

3. Uni-

V. S. I. I.  
 B. R. E. I.  
 V.

3. Uniendo te cum hac perfecta regula, cum affectus amoris & odii, doloris & gaudii, spiritus. *Vulneratus est propter iniquitates nostras, & propter scelera nostra.* Totus igitur Amor tuus condus est in Deo, propter salutem tuam mortuo: & odium in peccato, utpotè, causa Mortis Christi: & teria veri doloris non nisi Vulnera Christi sunt: & gaudii effectus eorum. *Nihil praterea timendum timor erit, si te separaueris: & vera spes, si te ieris cum Christo in Cruce vulcrato.*

## CONSIDERATIO XVI.

## VERBUM VULNERATVM.

*Magister Sapiaentia.*

1. **M**agister æternæ Sapiaentia, Christus Iesus, quàm Discipulos suos per orbem disseminandi causa, dispergeret, ostendit eis vulnera. *Ostendit eis manus & pedes & latera.* *Joan. 20. Sicut misit me viuens Pater, ego mitto vos.* Dicitur voluit, in qua Schola, & in quo studii generanda sit optima ratio prædicandi: ingrediatur licet per mediationem & contemplationem vera.

2. Ostendit eis vulnera: quia vt illa fuerint sufficientissima pro redemptione hominum, iisdem prouenire debet efficacia prædicationis: & ab illis vulneribus erueda est. *1. Cor. 1. Prædicamus Christum Crucifixum* eiusdem: & ab illis vulneribus erueda est. Prædicatori omnis medulla & vis suæ dictionis.

3. Vera sapientia, iuxta Bernardum, est *Serm. de O-* tentio, charitas in affectione, & humilitas in *hed pat.* no. In schola vulnerum Christi discitur: *Sap.* tentio, puritas dilectionis, & vilis delectatio.

concepitatio. Quæ intentio, quæ charitas, & quæ  
humilitas perfectior, quàm ob gloriam Dei aliorumque  
Matremque seipsum obliuioni prorsus tradere?

## CONSIDERATIO XVII.

CHRISTVS VULNE-  
RATVS.

*Fauus mellis.*

1. *U*ltatur fauus cum melle in vulneribus Christi, fa- *Cant. 5.*  
uus Humanitatis cui melle Diuinitatis, vt ex-  
pendit S. Thomas. *Fauus*, inquit Origenes, *est cera* *Opusc. 24.*  
*virginea, cellulis distincta, melle repleta.* Humanitas  
Christi est caro virginalis à Matre Virgine elaborata, &  
adornata cellulis vulnerum, redundans melle dulcissimo  
Diuinitatis.

2. Considera, quâ ratione Deus in seipso sit origo &  
fons primus dulcedinis. Verba illa Sapientie; *Substan-* *Sap. c. 16,*  
*tia enim tua dulcedinē tuam, quam in filios habes, osten-* *Naxianz.*  
*ditur, legit Nazianzen. : substantia mea dulcedo mea est.*  
Natura mea, inquit Deus, est ipsa dulcedo per essentiam  
indefinita, absque termino & mensura. Hæc suauitas  
repleta Dei, & dulcedo in abstracto tota communica-  
tur, & sic intrinseca vulneribus Christi, penetratque car-  
nem & sanguinem illum, vt mel fauo immisum, &  
amplius *Fauus est receptaculum mellis*, inquit Hugo, *&*  
*est dulcius propter mel.* Christi quoque vulnera sunt rece-  
ptaculum, & vasa repleta Diuinitate, cuius suauitate &  
dulcedine suauissima sunt & dulcissima.

3. Ad sacros hos mellis fauos (ad melliflua vulnera *Blos.*  
soluatoris) inuitaris, anima Christiana; ingre-  
dere sacras illas cellas, in quibus tuam te occupationem  
docebit sanctus Augustinus: *Suge, & apicula, suge, suge,* *S Aug de*  
*bibi dulcoris sui enarrabilem suauitatem. Immergere,* *substant.*  
*& replere, & sume, & frueri.* Infige os tuum sa- *Alect. tom.*  
cris illis vulneribus, immerge te mellifluis illis liquo-  
ribus: suge, bibe, & Diuinâ illâ frueri dulcedine.

ff 4

Doce-

Doceat te apicula, quæ intra suam cellulam locat  
dit, & totam se immergit suauissimo mellis  
*Idem in Ps.* sacris vulneribus, & ibi Paradisi gustata dulcedine  
II. ge, dicam cum Augustino, quod per res factum  
fces ad id, quod est.

## CONSIDERATIO XVIII.

## SALVATOR VULNERATUS.

Civitas refugii.

- Num. 35.* 1. **V**ulnera SS. Christi Crucifixi sunt civitates  
*Deut. 4.* quia sicut in illam si quis fugiet, vivit; ita  
*Ios. 10.* ait S. Augustinus, securissimum nobis est ad  
*S. Aug.* stros inimicos refugium. Tutum refugium  
*Man. c. 21.* res, Vulnera Salvatoris. Et quem a modo olim  
diebatur ex Vibe refugii, vitæ periculo se propere  
impunè poterat occidi; ita quicumque extra  
vulnera repertus fuerit, incurrit periculum, quod  
tur & superetur ab hoste infernali.
2. Modus suffugiendi est ingredi in has  
civitates & turres refugii, quod nos docuit S. Au-  
*An. Psal. 60* nus his verbis: *Ante te est turris, recordare Clivi  
intra in turrim; recordare cogitando, cum alio  
ris: quia prior plus, & pure propter te passus  
quo sine? ut resurgeret: & tu talem finem speras  
consentes Inimico, & intraisti in turrim. Quia  
fisione cingeris ab hoste, & præ oculis habes Ch-  
Crucifixum, locum refugii, reminiscere eius  
antete, & plus quàm tu, ac pure propter te pas-  
sit. Ipse, ut resurgeret, passus fuit, eundem  
tu spera cum Christo: & sic spes tua in vulneribus  
si erit apertura, per quam in locum hunc refugii  
*Psal. 90.* cum securissimum intrabis. *Altissimum pavilioni-  
um tuum, non accedet ad te malum.**
- Ios. 20.* 3. Mora in civitatibus refugii erat ad tempus, quod

per mortem summi Sacerdotis corda inimicorum  
pocarentur: at quia nulla adest spes, Aduersarios no-  
stros vnquam fore placandos, ideo nostra mora in Chri-  
sti vulneribus debet esse perpetua, quousque tempus  
adueniat ex hoc loco refugii migrandi ad refrigerium  
aeternum.

CONSIDERATIO XIX.

CHRISTVS VULNE-  
RATVS.

*Norma Prudentia.*

Inter alios effectus Prudentiae obseruat & notat  
quoque D. Augustinus vnum alium Prudentiae ser-  
pentinae non postremo loco ponendum: serpens namq;  
vniuersa veste & pelle se vestiat, veterem detrahit, transi-  
tulo per actum foramen corpore: Ad eundem modum,  
docet D. Augustinus: *ut pellem vitiorum deponamus.*  
vitiis veid veste induamus, per foramen angustum  
*Stigmatum Christi transeamus.* Quod fit consideratio-  
ne, contemplando infinitum Amorem, quem Dominus  
in illis vulneribus demonstrat. Est enim in Amore  
vis transformandi & convertendi aliud in suam natu-  
ram. Ubi itaque anima considerauerit vulnera tam  
ambolia & amore infinito & Diuino repleta, induet se  
veste opicali amoris, & peccati vestem abiiciet,  
Non prius veterem pellem exiit serpens, quam  
nova succenerit, ab hac pellitur illa, pellis pellem pellit;  
sic amor amandat amorem: excita in te prius amorem  
Diuinum, hic a tuo pectore fugabit omnem amorem  
proprium & mundanum.  
Neque absque dolore potest se spoliare suo vellere  
serpens: deponit tamen, *sciens quia pelle deposita pulchri-  
or apparebit.* Nec est absque dolore amor: solatur ta-  
men constructus amoris, & quia anima ante oculos Dei  
pulchrior apparebit; *Per foramen Stigmatum Christi  
transeamus, & tunc pulchriores apparebimus.*

*Serm. 4. ad  
Frat. de.  
Prud.*



## CONSIDERATIO XX.

## VERBUM VULNERATVM.

*Anchora Spei.*

*Hebr. 6.* 1. **S**pes in Christo vocatur ab Apostolo *Quam sicut anchoram habemus animam firmam.* Nam ut anchora nauim inter prostratam tenet absque periculo naufragij: ita veritas stabilis & corroborat animam, ne in tentationibus vitæ periculis deficiat. Hoc verò discrimen cedit inter hanc & illam anchoram: illa prostratum profundum mare, hæc figitur in celo: illa nauem, hæc omnipotenti Dei bonitati.

2. Hæc in Christum spes, iuxta D. Augustinum duobus, puta, in vulneribus Christi, & in ipsa *ta est.* *Pater volo, ut ubi sum ego, & ipse sit.* *10. 17.* *Et Aug.* *Non credis? crede, crede. Plus fecit, quam promissum est, quod mortuus sit aternus; quam quod viuat in aeternum.* Plus fecit nobis, inquit Dominus, quam promissit. Nam plus est Deum mori, quam hominem mortalem viuere in aeternum. Itaque si credimus illud adimpletum, credamus speremus etiam hoc posterius fore adimpletum. *Erigit se ergò humana fragilitas, aut idem, non non dicat, ibi non ero.*

In duabus aliis rebus, ait Apostolus, in Deum spes consistit. *Vi per auias res certissimum solatium habeamus, nimirum in professione & iuramento Dei, quod seipsum in Gloriam donaturus sit.* Et dicuntur immobiles, quia immobile est, Deum non præstare id, quod promissum est. *mento.* Ex hac consideratione fortissimum solatium habeamus.

et ut alii legunt validam consolationem, vel validam exhortationem habemus: quia, cum respicimus certas & aeternas Dei promissiones, cum patientia, magnaque animi promptitudine supportamus cunctas vitae huius tribulationes, veluti fecere Sancti omnes.

3. Sanctam Cathartam Senensem vice quadam ad desperationem Daemon deducere satagebat, increpando eam de vita pessimè actâ Cui illa liberè respondit: vera sunt, quæ dicis, & ego me peccatricem fateor: Verum Domini Vulnerum ego recordor, in quibus omnem spem meam reposui. In Domini vulneribus consolabar, & eius pretioso sanguine abluam animam meam, & omnia peccata mea delebo. Undè inimicus costulit, & à vulneribus Salvatoris conuictus abiit & euasit.

Blos. in Mon.

CONSIDERATIO XXI.

CHRISTUS VULNERATUS.

Probatica piscina.

1. Prospexit Deus Legi scriptæ procurando ei piscinâ, occupatam, admirabilem, propter admirabiles, quos causabat, effectus. Quinq; porticus habens. Ad quâ accurrebant infirmi, & miraculosè curabantur ab infirmis suis, ac pristinam recipiebant salutem. Verum in Lege Gratia aliam piscinam longè stupendiorē nobis accommodat infinita Dei Bonitas, Humanitatem sanctissimam Christi, videlicet, quinque habentem porticus sanctissimorum vulnerum, in vniuersalem hominum salutem.

Ioan. 5.

2. Sed considerandum est, quantum figuratum excedat figuram, quantumq; piscina secunda superet primam: in hac enim virtus sanandi non erat continua, ei adtempus, quando descendebar Angelus, & mouebat aquas: Neque etiam curabat omnes infirmos, sed vnum

MSIT  
BRBI  
V



unum, & primum quidem, se immergentem partem aquarum. Neque totum infirmum, sed corpus curabat. Sacra verò Humanitas Saluare cum salutiferis vulneribus continuam habentem curandi omnes infirmos, cunctosque prope morbos tum corporis, tum animæ.

3. Curre, anima mea, ad hanc sacramentum. Non est, quod præstoleris Angelum, quæueat; sed semper in motu est, imò teruentis Sanguis per aquas illas figuratus, igne Amoris sus.

*A. Reg. 2. Lauare, & mundaberis. Lauare totali quidem ratione omnium potentiarum, affectuum, & partium animæ, ut nullam habeat maculam peccati, aut rugam peccati venialis voluntarii, aut aliusmodi affectus & desiderii creati. Et mundabitur puritati naturali duntaxat; sed etiam supererogata, ornamento cœlesti Virtutum & Gratiarum sancta & immaculata.*

## CONSIDERATIO XXII.

## JESUS VULNERATUS

## Memoria SS. Sacramenti Eucharistiae

1. Institutum fuit Venerabile & sanctissimum Sacramentum ob memoriam Vulnerationis. Hoc facite in meam commemorationem.

*sess. 13. c. 2. Concilium Tridentinum, & passim à Patribus & Doctoribus creditur. Hanc tamen memoriam esse imitativam; Hoc facite in meam commemorationem.*

*S. Cypr. plicat S. Cyprianus, id est, in meam imitationem, in mortem offerendo, sicut videt se Christum offerre, hac est sola retributio, cum Sanguis sanguis offeratur.*

2. In eodem etiam Sacramento altaris representatur effectus vulnerum Christi, qui est mors. Idcirco

Christus, ut ex vi consecrationis consecraretur seorsim legibus à corpore, idque eum in finem, ut mors eius apprehenderetur non secundum fidem duntaxat; sed etiam certo quodam modo manifestè secundum sensum, dum videntur oculis & tanguntur manibus hinc species panis, sub quibus Christi Corpus; & illinc species vini, sub quibus eiusdem Sanguis continetur.

3. Fructus vulnerum, qui est Gloria & Beatitudo æterna representatur quoque in sanctissimo Sacramento, quod est pignus æternæ Gloriæ nobis per vulnera promittit. O Vulnera amara, quæ primùm fuit dolorosa, nunc estis gloriosa, quando, quando vos vinctis cordi meo in sanctissimo Sacramento, vulnera inordinatorum affectuum commutate in vulnera sancti Amoris, ut ego Salvatoris sequar vestigia, & sanguinolentam prosequendo viam dolorum eius tandem attrigam beatum portum & terminum eiusdem Gloriæ.

CONSIDERATIO XXIII.

CHRISTUS VULNERATUS.

Exemplar Hominis Christiani.

Exod. 25.

1. Christus per Passionem suam & vulnera non Martyr duntaxat, sed & Martyrum corona & forma Martyri extitit. Christus Martyr, Martyrum corona, Martyri forma. Hæc sancta vulnera accepit ille libentissimè respectu proximi, severissimè respectu sui, obedientissimè respectu Dei.

S. Bernard. serm. 47. in Cant.

2. Hoc exemplar inspicientes sancti Martyres nulla formidabant tormenta: corpus eorum dilacerabatur, & anima iubilabat: ferrum penetrabat viscera, & anima penetrabat Christi vulnera, tripudiabat, triumphabat. Palli cadere, vult benignus Dux deo regi militis, vultum & stultitiam suam sustolli vulnera: ut illius ex hoc animum erigat, & exemplo sui reddat ad tollerandum fortiozem. Tormenta non sentiet sua, dum illius vulnera insuebitur.

Idem serm. 61. in Cant.

Toto

Toto licet lacero corpore sit Martyr tripudians & phans. Vbi tunc anima Martyris? in Visceribus vulneribus patentibus ad introeundum.

**Exod. 40.** 3. *Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi re monstratum est.* Coniice oculos in hoc exemplum cura, vt illud imiteris in patiendo, habeasque te iudicis erga te ipsum. erga proximum cor bene tris, cor filii obedientis erga Deum: *seuerissimè, obediensimè* Recordare, haud satis est oculos in altum sustollas; sed qui Christo vulnere assimilari, manus quoque extendat, necesse est. *nera Regis postulant militis vultum & tolerantiam* *gò Inspice & fac.*

CONSIDERATIO XXIV.

## CHRISTVS AGNVS VVLNERATVS.

*Lucerna Ecclesia.*

**Apo. c. 21.** **H**umanitas Christi in Apocalypsi vocatur *Lucerna eius est Agnus.* Quia sicut Lucerna uersas aperturas, & in uerso lumine illuminat: ita *simia Humanitas Christi diuersis viis, hoc est, per sacratissima vulnera illuminat Ciuitatem Dei triumphantem, quam militantem.* Quantum ad lumen istud, ex eo colligitur, quia est lucerna quæ lumen à Sole Diuinitatis accipit. Ac propter claritatem adiuungit Spiritus sanctus: *Et cunctis uisibilibus, & Luna, ut luceant in eà: nam claritas Diuinitatis inabit eam, & lucerna eius est Agnus.* Quasi diuinitatem Dei hinc Diuinitas instar Solis illuminat: hinc Humanitas per vulnera, sicut Luna, accipit lucerna, quæ lumen à Sole accipit.

2. Hoc lumen, quod à SS. Vulneribus promouetur, uersimodè iuxta singulorum capacitatem diuisum, uti S. Francisca Romana in uisione sua fuit, diffunditur ad Gloriam


Trinitatis, B. Virginis, & omnium Sanctorum. Deinde  
 extendit ad homines in terra degentes, quorum alii  
 non solum vulneris fulgore tangebantur, alii duorum,  
 alii trium; quatuor uero; paucissimi ab omnibus quinque si-  
 mul illustrabantur. Illud porro lumen, quod obstinatis  
 in malo destinatum erat, distribuatur inter bonos. Vi-  
 dit in super, quomodo lux illa, quæ ex sacro latere prodi-  
 bat, transcendebat suo fulgore reliquum lumen, quod à  
 manibus & pedibus promicabat. Similiter lumen manu-  
 rum superius erat lumi pedum. Adhæc catena quæ-  
 dam ex flammis purissimis, ardentissimi amoris Christi  
 indicibus, immensa per vulnera totum corpus SS. Hu-  
 manitatis ambebat, in testimonium, quod lumen illud  
 non solum resplendet, sed etiam accendit & inflamat.  
 Nam verè illa quinque vulnera sunt quinque Soles, &  
 quinque fornaces Diuini Amoris. *Fontes lucis & faces*  
 Talia expertus fuit gloriosus Apostolus Sanctus  
 Thomas, quando ad vnum contactum non solum fuit il-  
 luminatus ad cognitionem, sed etiam inflammatus ad  
 amorem Diuinitatis. *Bona foramina*, inquit D. Bernar-  
 dus, *quæ hæc astruunt resurrectionis & Christi Diuini* in Cant.  
 Loquitur autem de fide viua in Charitate, quæ *serm. 61.*  
 ab ipso nuncupatur *Oculus amorosus.*  
 1. Suffragio luminis horum vulnerum, iuxta S. Bona. S. Bona. de  
 uenturam, peruenitur ad perfectam noticiam rerum, ad 7. *inuer.*  
 quam non peruenitur oculo corporis, aut intellectus na-  
 atur.  
 Hoc lumine cognoscitur *Deus admirabilis, Spiri-*  
 tus *intelligibilis, Mundus sensibilis, Paradisus desiderabilis,*  
*Infernus horribilis, Virtus laudabilis, reatus culpabilis.* O  
 licites, quantas lux gloriola horum sacrorum Vulne-  
 rum aperat veritates iis, qui mentis & intellectus oculo  
 eiusdem contemplationi deditos habent? nusquam  
 profecto absq; duce huius celestis lucis ambulare vel-  
 let. Hoc lumine cognoscitur, quanta sit *Justitia Dei ad*  
*Caritatem, quanta ad nos misericordia, quanta animæ di-*  
*gnitas & quanta Mundi vanitas, cæcitas & malitia Hoc*  
*lumen dicit nos in cognitionem & noticiam Inferni,*  
*Casti peccati & virtutis. Hoc lumine illustratus obsecra*  
*Domino: Illumina, Domine, oculos meos ne unquam Psal. 12.*  
*obdormiam in morte. Et in lumine tuo, sanctissimorum, Psal. 35.*  
*neque tuorum vulnerum, videbimus lumen æternæ Gloriæ.*  
 CON-

CHRISTVS AGNI  
VVLNERATVS.*Conuiuium Diuinum.*

**L**Autum ac sumptuosum conuiuium, **L**apparat Dominus in suis Diuinis. Vultu in quolibet eorum quinque tibi genera ciborum, et potuum, et suauissimorum apponit. Primum Cibum suauitatis, et potum Sanguinis: deinde Animam, Personam, et Veritatem. Intuere carnem pro te laceratam, Sanguinem pro te effusum, Animam tui causa conturbatam, et Veritatem Diuinam pro te incarnatam, Diuinitatem omnibus thesauris Gratiae & Gloriz pro te communicatam.

2. Fruere cibus tam salutaribus, & oblectamentis. **C**hristi te purificet, Sanguis inebriet, Anima te docet, Persona annihilat, Diuinitas deificat. *do: Caro Christi purifica me, Sanguis Christi inebria me, Anima Christi sanctifica me, Persona Christi nihilat me, Diuinitas Christi deifica me.*

3. Considera personas, quae hoc conuiuium ministrant, teque ad illud inuitant; sunt enim tres Personae: Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Quae item huius mensae ministros, & hi sunt Angeli. *Luc. 17. ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur Angeli eius.* *Stigmata Domini Iesu in corpore suo portans.*



## CONSIDERATIO XXVI.

CHRISTVS AGNVS  
VVLNERATVS.*Holocaustum pro Hominibus.*

Quamuis tota Christi vita fuerit continuum sacrificium & holocaustum, iuxta dictum S. Augustini. *Omne opus bonum ad Deum relatum dici potest sacrificium.* Nihilominus, in rigore loquendo, solum in altari Crucis obtulit proprium sacrificium suum. Christus ipsemet dixit: *Pro eis sacrificio me ipsum, Ioan. 17.* id est, sacrificio, ut SS. Patres & Doctores explicant: quia in Cruce accepit vulnera lethalia, ad ipsius mortem pro nostra redimenda, quod necessarium est ad verum & proprium sacrificium, maxime, quod habet rationem holocausti.

Ad hoc sacrificium concurrunt non solum per modum voluntatis, acceptando voluntarie mortem, ut etiam Martyres ad sua concurrunt Martyria; verum etiam per modum oblationis: cum enim in Cruce penderet, poterat vel amoliri carnifices, vel instrumentis mortis vim occidendi adimere, vel se in vita conseruare; quod Martyribus non fuit concessum, atque ob id ipsorum martirium non erat propterea & in rigore Sacrificium. Adde, quod ipsorum mors non erat ad salutem Mundi à Deo oblatam, ut illa Christi fuit.

3. Considera, quomodo Christus vulnerum interuentu seipsum obtulerit in sacrificium, & pro nobis, in quantum erat satisfactorium pro peccatis; & pro se, in quantum erat satisfactorium pro collatis beneficiis: & pro nostra Humanitate, in quantum erat latriacum: Deo namque debitum offerebat solum.

CHRISTVS AGNI  
VVLNERATVS.*Hostia pacifica.**Blossus  
in Mon.  
spec. c. 1.*

1. **C**um deuota quædam anima Deum precaretur; id, quod homini summè foret vile fecerit; responsum accepit: *Vilissimum fore, & in memoria semper habere; quod ego, Virginitate vestra, salutem eorum adsto ante Deum Patrem: & contra humana fragilitate delinquunt corde, offero pro vobis immaculatum, & transuerberatum: & contra opere, exhibeo manus meas perforatas; & satisfactionem meam placeo Patrem.*

2. Disce à Christo easdem pro peccatis tuis oblationes Patri æterno. In locum cordis tui contumelie resectissimi offer cor Christi infinita redemptio. Pro manibus omnium operum prauorum contaminatis præsentia vulneratas illas Christi maximorum operum operatrices in gloriam Sancti Patris.

3. Obsecra Jesum Christum, ut sanctorum cor tuum, illius instar Longini, lancea illa, qua transfixum fuit, lancea, inquam, prodigiosa, percuret manus tuas illis clavis, qui penetravit in ipsum: quatenus se in peccata cogites, iuncta

*Sim. c. 4.*

Recurre etiam ad Beatissimam Virgineam, S. Bonaventura: *Curre, Domina, curre, & vulnera tuos vulneribus sacris: ne vulnerentur ab hostibus vulneribus mortis.* Ut sic tu quoque offeras

*Rom. 12.*

ipsum *Hostiam viuentem sanctam Deo placentem.*



## CONSIDERATIO XXVIII.

CHRISTVS AGNVS  
VVLNERATVS.*Sacrificium Iustitiæ.*

Sacrificium Vulnerum Christi meritò appellatur sacrificium Iustitiæ: illo namque satis fit non adæquatur, sed etiam supereffluenter Iustitiæ Patris æterni. Item culpa fuit solummodò infinita ex parte Dantis offensæ: satisfactio verò est infinita propter Personam, quæ eam acceptat, & est Pater æternus; & propter Personam, quæ satisfacit, & est Christus.

¶ Alii, iuxta D. Augustinum, sacrificium Vulnerum in cælo erit perfectissimè iustitiæ. *Cum edificabun-* *Psal. 50.*

*tar muri Ierusalem, tunc acceptabis sacrificium iustitiæ: modo autem sacrificium pro iniquitate, spiritum contribu-* *latum, tunc sacrificium iustitiæ laudis solius. Beati enim* *quid dicit in domo tua, Domine: in sacula seculorum* *laudabunt te, hoc est, sacrificium iustitiæ. Obserua, quod-* *Psal. 43.*

*nam sit perfectum sacrificium iustitiæ: Sacrificium lau-* *Psal. 46.* *da solius. Sacrificium laudis honorificabit me. Hoc* *Deo redditur perfectè in cælo, vbi adoratur perfectò* *cultu latræ, tanquam primum principium, & vltimus fi-* *nis omnium rerum.*

¶ Item Sacrificium, vt alii docent, est in cælo sacrificium satisfactorium; non iam ob culpam aut pœnam; sed ob debitum reuerentiæ, cultus, & amoris, qui Deo debetur. In cælo enim Deus modo perfectissimò adoratur, amatur, laudatur.



CHRISTUS AGNUS  
VULNERATUS.*Sacrificium verax.*

1. **V**erum & proprium sacrificium, quo Deo oblatum, est sacrificium vulnerum, & sacrificium diuersorum animalium ex eo solum Deo gratum, quia significabant & representabant hoc sacrificium. Ita Christus ipse dixit Patri suo, per os Prophetarum: *Psalm. 49. ex Hebr.* *sacrificium & oblationem noluisti: Corpus autem meum.* Respuisti sacrificia animalium, & meum Corpus vulneribus perforatum.

2. Hoc sacrificium est simul holocaustum, & sacrificium pro peccato: quia illo Deum, Deo pro beneficiis gratias agimus, & caris satis facimus: Cæteris holocaustis carnis huius non delectatur. *Quid retribuam Domino pro beneficiis eius? Vulnera Salvatorum, & gratiam tuam Domino pro omnibus peccatis meis; Vulnera prioris.*

3. Præceperat Deus in lege veteri, ut sacrificium offerretur Agnus occisus & combustus. Agnus est Christus, vulneribus mortem sustinens, & totus ardens igne Charitatis, & illud perpetuum, quia per totam æternitatem sustentem dando ei honorem & gloriam in cælestibus.

## CHRISTUS VULNERATUS.

*Sacerdos æternus.**Psalm. 109*

1. **T**ribus modis considerari potest Sacerdos Christi: in Cruce, in Cæna, in Cælo. In Cruce obtulit sacrificium crucentum, quod cum mortis

conbit. In Cœna perfecit & fuit sacrificium incru- 3.p.q.22.  
entem, & durabit ad Mundi finem vsque, atque cum  
sua transitu transibit. In Cœlo est sacrificium con-  
summatum, quantum ad effectum Gloriæ, & durabit in  
æternum.

2. Considera, quod Christus sedens ad dexteram Patris

semper vivens ad inter-

pellendam pro nobis. Duobus autem modis intercedit

pro nobis. Primò representando Patri naturam huma-

nam, & carnicibus signatam, & ita sua merita allegantem.

Ex-  
sacrosanctissima anima sua desiderium exprimentem. Ex-

ter officium veri Sacerdotis, Mediator inter Deum &

populum, duobus modis: primò representando san-

ctissima vulnera: secundò, orando Patrem pro nobis,

ut quondam in terris orabat; cum hac tamen differen-

tia, quod oratio Christi in terris & impetrabat, & me-

rebat in cœlis impetrat, non meretur: impetrat au-

tem in virtute meritoque in terris acquiritorum.

Neque solum orat Christus D.N. pro nobis; sed etiam

ut docet S. Augustinus, orat in nobis, & oratur à nobis.

Orat pro nobis, ut Sacerdos: Orat in nobis, ut Caput no-

stram: & oratur à nobis, ut Deus. Oremus ad illum,

per illum, in illo. Oremus & rogemus illum, ut creatu-

ra eius: per illum, ut eius oves: in illo, ut eius membra.

3. Omnis nostra fiducia collocetur in oratione nostri

Sacerdotis & Advocati. Ipse sit vox nostra, per quam

loquamur ad Patrem. Offeramus orationes Christi, S. Ambros.

proponamus Deo Christi vulnera. Ipse semper agit cau-

lam nostram apud Patrem, & eius postulatio contemni non

potest, quia in dextera Dei sedet. Exauditur pro sua re-

merita, quæ eius Personæ debetur: & pro iustitia, quæ

debetur eius vulneribus: & pro premio & mercede,

quæ eis debetur obedi-

entia.

Heb. 7.  
Ioan. 12.  
S. Iohannes.

S. Ambros.  
lib. de spir.  
& Anima  
c. 8  
Rom. 8.

MS. I.  
BR. I.  
V.

Finis secundi libri.

